Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput V.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

sium labor uberrimum illi ex Ternatinis retulit fru-
ctum. Quippe oppidanorum animos divinis sermo-
nibus, Sacramentis, cæterisq rebus adeò excoluit, ut
omnium judicio alij populi, quàm erat antea, vi-
deretur. Conpot ex maximo pelliam numero
duas omnino Christianis incolis reliquas esse
fantur. Nec ulla res magis profecit, quàm san-
ctitatis opinio, maximam in persuadendo nu- vaticinatio
mentum, divinis indicijs confirmata. Per illum
tempus inter concionandum auditores subitò ro-
gabit, ut suppliciter Pater et Ave pro Juan
bo Ægidio, classis Lusitanæ præfecto, in Am
boino animam agente, recitarent. Idque postea
ita fuisse, certis autoribus compertum. Inde
res venerationem Francisci auxit, deinde etiam
desiderium. Sexto mense post quàm eò appu
lerat, discedere parabat, Amboinios renisurus.
Itaque pro eximia in eum caritate, cuncta
se in portus civitas effudit. In discessu verò du- Ternatinorum
tq undique cum fletu clamor cætibus civium, amor in Xave
magistrum, custodem, parentem, confessis appel rium.
lantium vocibus; ut Patrem singulos amplexantem,
ctantem, velut oblitum itineris, misericordia
moraretur. Commota sunt quippe viscera eius
super grege suo. Denique eos blandè solatus, ægrè
admodum se ab illorum complexu divellit, omnibus
ingenti fletu atque ejulatu digressum discessumque
eius prosequentibus.

Lusitanis egregiæ de barbaris victoriæ
et valet. et autor est.

Cap. V.

Lætum Ternatinorum pietate Xaverium tristis
de Tolanorum perfidia nuncius percutit. Tolum Toli oppidi
alterius Mauricæ insulæ oppidum est, sicut defectio à reli
antè divinamque neophytis à Francisco initiato, gione divinitus
sanè vindicatur

sanè frequens. Oppidanorum plures Gelolij ex-
territi Tyranni sive arma veriti, seu gratia inducti
simul à Lusitano Rege Christóque defecerant. Et sacra
aedes eversa, cruces, sacrâque Divorum effigies per lu-
dibrium fregerant. Ad haec, bona invaserant fide-
lium, proscriptique. Itaque Xaverius moestus rem
Deo permisit, causam suam judicaturo. Caeterum
illata superis mortalibusque injuria, utrorumque in
eos acuavit iram. Deus prior & gravior ultor

Ager e fertili sterilis

extitit. Primum igitur ager ex feracissimo
repente sterilis factus: fruges etiam in hor-

Aqua è salubribus noxia

reis dira tabe consumptae: aqua subito ama-
ra noxiaque e salubribus reddita: fame quo-
que ac lue multi mortales absumpti. Caelesti
ira afflictis Lusitani belli incubuêre moles. Quip-
pe Molucarum insularum Praefectus, Francisco
pii belli felicem exitum spondente, classem
adversus perfidos misit, cum delecta Lusi-
tanorum manu. Et classis Dux, Sancti viri
praedictione ac spe divinae opis erectus, haud
segniter bellum capessebat. Placuit tamen,
priusquam inferrentur arma, experiri per le-
gatos, an spes veniae oblata, posset rebellium
mentes ad sanitatem revocare. Postquam superba
eorum responsa afferebantur, Lusitanus poenae a-
vidus in hostem ducit. Arx est in edito loco po-
sita, nec minus manu quam situ munita. Et
fraus hostium auxerat. Quippe imminentis
belli haud ignari, circa muros longè ac latè sti-
mulos muricésque ferreos defoderant, in quos in-
sitari se se induerent, si propius accessissent. Exitia-
lis non solum irrita oppugnatio extitisset, nisi prae-
sentem pestem Francisci avertissent preces, inter-
clusumque aditum aperuissent. Nondum Lusitani
excursionem fecerant, cum mira opportunitate fa-

cum est.

cis Deum ac pugnare apparuit. Solis enim nitidum repentina caligine obscura haud disparem nocti tempestatem dedit. Et simul ex vicini montis vertice cum horrendo mugitu ac fragore, tetrum foedumque erupit incendium, quod late diu noctuque tenuit. Itaque ingens cineris pumicumque vis (quod nunquam antea evenisse constat) inde egesta; quae non modo muricis ferreos oppressit, sed etiam arcis fastigium æquavit. Eo ante improviso malo attonitis barbaris, major ex acie terror incutitur. Per idem tempus terræ motus insolitus tectorum urbis ingentem edidit stragem. Tolanis tam atroci tempestate defunctis, Lusitani supervenerint armati. Nec prælio illud fuit. Plerosque hostium aut ruina tectorum oppresserant, aut pavor compulerat in fugam. Et aggeratus pumex facilem in moenia ascensum dabat. Ergo arx, oppidum, totaque regio sine ullo certamine recuperata. victis certis conditionibus pax data: quarum illæ præcipuæ, ut templum eversum reficerent, bona piis adempta restituerent, susceptam semel Christi sacra in posterum sancte colerent pieque. Tam memorabilem victoriam divina magis quam humana ope partam etiam inter barbaros constitit. Cæterum tam opportunum flagrantis montis auxilium, cum subita cineris ac pumicum egerie, communis Lusitanorum consensus acceptum Francisco retulit. Qui velut alter Moses, ipsis cum perfido hoste bellantibus, divinam opem conciliarat, ut cujus belli fautor extiterat, præcipuusque existeret adjutor.

Mira prodigia victoriam Lusitanis iuvant.

Amboinam redit, atque omni ope iuvat.

Cap. VI.

Interim re Christiana in Ternate insula satis

cauta